



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

An baptizatus aquâ rosaceâ rebaptizandus. n. 63.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

61. lud fuisse vegetatum à corde humano, quod principatum tenet inter partes hominis.

RESOLUTIO tertia : Si potiores partes corporis sint speciei fetinæ, & constat monstrum progenitum esse ex viro & muliere, baptizandum est cum conditione : si autem sciatur esse Satyrus ex muliere & bestia natus, is omnino Baptismo careat. Ratio primæ partitis, quia ex merò humano semine bestia gigni non potest, & secundæ quia talis Satyrus, ait Bonac. de sacram. disp. 2. q. 2. punct. 6. n. 3. non descendit ex Adamo; ideoque renascendus non est.

CONFERENTIA. XXII.

62. Quidam à veneficis parentibus natus, à diabolò valde investatur, nec sciri potest ulio iudicio, ubi, vel à quo baptizatus fuerit. Quæritur proinde, an sit rebaptizandus saltem sub conditione? R. Gob. hic n. 384. diurnas & graves infestationes dæmonis posse quandoque iniicere prudentem suspicionem, aut metum, ne quis non sit baptizatus validè. Probari id potest varijs exemplis illorum, qui postquam fuerunt rebaptizati, obtinuerunt quietem animi & corporis; quæ Exempla refert postea n. 456. & 457.

CONFERENTIA. XXXIII.

I N urbe quadam Helvetiæ sunt duæ Ecclesiæ, in quarum una pro Baptismo adhibetur aqua elementaris, in altera sat crebro aqua rosacea.

jan

jam recens conversus ad fidem Catholicam, scit se baptizatum in posteriori Ecclesia, dubitat proinde, an in aqua rosacea, vel naturali: an repetendus Baptismus?

RESOLUTIO: Rebaptizandus est utique Helvetus cum conditione, tum quia dubitat prudenter an non sit baptizatus in materia omnino dubia; tum quia à ministro Calviniano aut Zwingliano; qui concionatoriè tantùm & historicè solent proferre suas formas sacramentales. Ita Gob. sup. n. 395.

CONFERENTIA. XXXIV.

Parochus ingressurus Ecclesiam, reperit ante fores infantem expositum cum scheda attestante, eum esse rite baptizatum: an possit ac debeat id credere. 64.

¶ Cum constitutionibus synodalibus constantiensibus, part. 1. tit. 6. n. 6. Infans expositus, licet in collo habeat appensum testimonium, quod baptizatus fuerit, si tamen aliunde non constet, baptizetur sub conditione, ratio autem est: quia tales infantes ut plurimum baptizantur ab ipsismet Matribus regendi sceleris ergo, quæ persæpe sunt juvenulæ Meretriculæ Formæ & materiæ Baptismi ignaræ, igitur si Baptismi obstetricum sunt suspecti, à potioribus Meretricularum.

CONFERENTIA. XXXV.

Sacerdos tenerrimæ conscientiæ conferendô Baptismum infanti fuit involuntariè distra- 65.

C 2

que